



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 14. Pontificis dubia circa electionem Romanorum Regis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

"rebus Ecclesiasticis factas condemnari: **Sæcul. XVI.**  
 "hinc optat, ut major ipsius ratio  
 "habetur, ejusque responsum, quod  
 "brevi afferendum est, exspectetur.,, Ex  
 altera parte Moronus, si quid durius  
 enuntiasset, excusabat, atque ut Pra-  
 gensi Archiepiscopo palam faceret, quan-  
 to studio Cæsari addictus esset, accepta  
 silentii fide legendum illi obtulit id,  
 quod Pius IV. scribebat circa confir-  
 mationem Romanorum Regis.

**A.C. 1563.**

### §. XIV.

#### *Pontificis dubia circa electionem Ro- manorum Regis.*

Ut tota hujus rei series probe perci- **Pallav. c. 6.**  
 piatur, ea ab alto repetenda est; **num. 6.**  
 præcipue (\*) cum hoc negotium, quod  
 tum non sine ingenti fervore agitaba-  
 tur, cum Synodi rebus valde conne-  
 xum videatur. Maximilianus Ferdi-  
 nandi Cæsaris Filius Francofordiæ an-  
 no priori die trigesima Novembris in  
 Romanorum Regem eligebatur: cum  
 autem Maximilianus nolle observare  
 suorum Prædecessorum consuetudinem,

Gg 3

vi

(\*) Pallavicinus ita ait: præsertim cum  
 Suavis haud cesset eam rem sui carbonis du-  
 ctibus depingere, quantum sibi valeat ad Se-  
 dis Apostolicæ dignitatem, ac famam deni-  
 grandam.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

vi cuius a summo Pontifice agnoscabantur, ac confirmabantur, hinc Pius IV. toto illo tempore plurimum instabat, ut Maximilianus suæ electionis confirmationem a Pontifice peteret; id enim urgere Cardinalis Moronus, cum Oenipontum ad Cæsarem pergeret, præcipue a Papa jussus erat. Præterea alia achuc vitia quoad Maximiliani electionem notabantur, quæ tamen Pontifex se suppleturum spoondit, dummodo hic Princeps Catholicorum partes tueri vellet. Verum hanc sibi demandatam provinciam Moronus obire præpediebatur, hinc Delphinus Papæ Nuntius postea rem in se suscepit, eoque sollicitante Papa exigebat, ut Maximilianus suam electionem a sacra Sede confirmari peteret, necnon fidelitatis juramentum scripto præstaret.

### §. XV.

*Maximilianus Pontificis petitioni de præstanto fidei juramento oblictatus.*

*Pallav. c. 6,* Verum Maximilianus consentiente eum. 7. *V*erum Maximilianus consentiente etiam Ferdinando Patre suo suam confirmationem a Papa petere recusatbat, fidei autem Sacramento, quod exsolvere rogabatur, opponebat, illud a suis Prædecessoribus usurpatum non fuisse